

**4848** Brixiae in platea S. Clementis PRIORES; *a rasente terra della muraglia verso mezzogiorno* add. GNOCCHI.

B · M · IN · PACE  
AVR · VALERINO  
CONIVGI · AMANTISSI  
MO · QVI · VIX · ANN · P · M  
5 LXV · ET · CVM · VXORE  
VIX · ANN · P · M · XXXV  
CONIVX · DVLCISCI  
MA · CONTRA · VO  
M · P

Maffei M. V. 378, 3, cui misit Io. Biemmius; Scarella apud Sambucam Cenom. p. 14 emendavit ex lapide; Gnocchi ms. p. 274 qui vidit; Brognoli misc. Brunati *Santi Bresciani* 2, 195 a prioribus.

2 VALERINO Scar. et rel., VALERIANO Maff. — 3 AMANTISSI Gnocchi. — 6 AM pro ANN Brogn. — 7 CONIVX. DVLCISCI Gnocchi. — 9 M · P Gnocchi, TVM · P Maff. Brogn. 2, nn Brogn. 1.

**4850** Brixiae ad S. Faustini maioris in aedibus Petri Longhenae rep., nunc in museo.

PLENIAE STORACIAE QVE VIXIT ANN XXXX  
VIRGINIE DVLCISSIME QVE MECVM VIXIT ANN  
XXV AVR MACRINVS ET IRENE ALVMNA EIVS PATRONE DIG  
NISSIME BENEMERENTI MEMORIAM POSVERVNT  
5 DEFVNCTA · EST · DIE · MERCVRI · PRID · KAL · APRILES

Contuli. Ioli cat. f. 78; Horkel in schedis descriptis ad ectypum apud Labusium; Brunati *Santi Bresciani* 2, 224.


**4849** Brixiae in cohorte Aeneae (Nicolai TOTT.) Feroldi ARR. TOTT. GNOCCHI.

AVR · FIRMINA  
E · FILIAE · DVLCIS  
SIMAE · QVAE · VIXIT  
ANN · XIII · M · VI · AVR  
5 VS · ET · VAL · AVGSTA · PARENtes dep. ....  
MARTI as

Duo exempla extant, alterum Arragonensis (ms. n. 6, ed. n. 3; Totti in add. p. 112 n. 339; Rossi p. 248 et inde Mur. 1137, 7; Gnocchi ms. p. 203 ex ms. Averoldi, inde Donat. 354, 6), alterum apud Brognolium et Aricium in suppl. ms. ad Arragonensem n. 473.

In vv. div. consentiunt Arr. (ms.) Brogn. Aric. — Hiatus non indicantur in exemplis. — 3 SIMAE Brogn. — 5 PAPAREN Aric. — 6 sic Arr. Tott. Brogn. Aric., MATRI Gnocchi, om. Rossi.

**4851** Brixiae trovata nel vicolo Cappuccini IOLI.  
Nunc in museo.



Vidi, sed positam loco tam incommodo, ut recte examinari nequiret. Ioli catal. f. 69.

#### XLVI. BENACENSES (*Toscolano*). *Tremosine. Limone.*

Iuxta ripam Benaci lacus Brixianam reperta in plaga meridionali ad Salò usque cum proprie Brixianis contribuimus; raro enim recedunt a forma solita Latinorum titulorum videnturque haec loca ipsorum Brixianorum fuisse, non Brixianis tantummodo attributa. At superius a Fasano inde repertos titulos hic compositum, id est qui prodierunt Fasani Maderni Toscolani Gaini Gargnani Tremosine Mezzemae Voltini Eustechii Vesii Limone. In his partibus videntur sedem habuisse Benacenses qui proprie dicuntur, a quibus una cum Trumplinis dedicatus titulus Iuliae Titi f. (n. 4313) ad Brixiam repertus est, dedicati imperatoribus

Marco, Commodo, Severo, Claudio Gothic (n. 4866, 4867, 4868, 4869) Toscolani, quod videtur forum eorum fuisse. *Gentilitas Argenia* nominata in titulo item Toscolanensi n. 4871 obscura est. Praeterea de statu eius populi ex titulis hoc tantum appareat sub Brixianis eum fuisse; nam eodicit et titulus ille a Benacensibus dedicatus Brixiae et tribus (n. 4857) honoresque Brixiani (n. 4876, 4877, 4887). Nomina non Latina maxime obtinent in titulis Tremosinensis, quorum unus n. 4883 adeo bilinguis est Latinus et Raeticus (cf. n. 4858).

**4852** Fasani di Riviera.

V · S  
L · M

Perancini lapid. Benac. ms.: ‘scoperta da Gius. Brunati e copiata da me’.

**4853** Fasani rep. 1845, cum ecclesia restituta est, perit a. 1858.

F E s t V S  
T · FL E T  
V A L E R I A patera  
P · F · T E R T V L L A cum fructibus  
5 S O D A L I V S · P I E N T I S S I M I S

**4854** Maderni in ecclesia S. Andreae in pilo marmoreo, quod concham aquae sustinet FELICIANUS et sic RELIQUI ANTIQUORES. Veronae in museo LISCA et POSTERIORES; est ibi sub n. 133. — Salò in ecclesia MOROSINI errore.

|  |                                |
|--|--------------------------------|
| D · S<br>HERCVLI & ET<br>L & VALERIVS & SE<br>VERVS & ET & CLODI<br>5 A & CORNELIANA<br>PRO & L & VALERIO<br>CORNELIANO<br>& V & S & L & M & | <i>in latere:</i><br>IVNONIBVS |
|--|--------------------------------|

Contuli. Habent Felicianus in iubilatione a. 1464 cod. Tarvis. f. 205 et in corpore Veronensem n. 175; Marcanova Mut. f. 131<sup>1</sup> agri Ver. n. 87; Sanutus f. 83<sup>1</sup>; Ferrarinus cod. Bat. inter Veroneses f. 35, cod. Reg. inter Brixianas n. 84, cod. Verderiano p. 57; Redianus f. 68 Veron. n. 87;

Chigianus I. VI. 203 f. 39; Iucundus f. 198 Brix. n. 21 (inde Alciatus Brix. n. 51; Apianus 165, 4). Syllogae Brixianae habent Traiectina n. 140; Tottii p. 60; Medicea n. 234 et denuo in add. n. 290; Arragonensis ms. n. 208 = 205, ed. n. 129; Manutii cod. Vat. 5237 f. 81; item Nazari 1562 p. 53, Grattarolo p. 89, Rossi p. 27, Gnocchi ms. p. 139, Labus p. 69 n. 96. Item auctores Veronenses Sarayna f. 44<sup>1</sup>, Panvinius in add. ms. ad Saraynam Ital. f. 75<sup>1</sup> et Ver. ms. f. 296<sup>1</sup>, ed. p. 223 bis diverse (inde Spon p. 83), Palermus p. 67 omnino ex Sarayna, Lisca et Cozza p. 237, Maffei M. V. 85, 6 (inde Orelli 1563). Item Morosini in itin. a. 1598 p. 45; Smetius 149, 4 ex Apiano et Sarayna; Grut. 49, 4 ex Verderianis Maurocenianis Apiano Sarayna Marcanovianis Sirmondi Pighianis Palermo.

1. 2 id est *d(is) s(anc)titis* Herculi et Iunonibus. Post IVNONIBVS add. AVG Sarayna; omissis Iunonibus substituit HERCVLI · AVG Panvinius altero loco.

Perancini lapid. Benac. ms.